



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De fornicatione spirituali propter quam dimitticoniunx potest. C

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



enim, quod Esdras propheta, immo Dñs per eum iussit Israëlitis vxores dimittere alienigenas: per 1. Esdr. 10. quas ibant ad Deos alienos, non illæ per maritos acquirebantur Deo. Recte ergo præcipit: quia per Moysen iusserat Dñs, ne quis vxorem alienigenam duceret. Merito ergo quas duxerant Dño prohibente, Dño iubente dimiserunt: quia vt ait Ambr. Non est putandum matrimonium, quod extra decretum Dei factum est: sed cum cognoscitur, emendandum: vt quando fidelis infideli copulatur. Sed vt ait August. Cum cœpisset gentibus euangelium prædicari, iam coniunctos gentiles gentilibus cōpetit coniugibus: ex quibus si non ambo crederet, sed vnus vel vna, & infidelis cum fidele cōsentiret habitare: nec prohiberi à Dño debuit fidelis infidelem dimittere, nec iuberi. Ideo non prohiberi, quia iustitia permittit à fornicante discedere. Et infidelis hominis fornicatio est maior in corde, nec vera eius pudicitia cum coniuge dici pōt: quia omne quod non est ex fide, peccatum est, quamuis veram fidelis habeat pudicitiam, etiam cum infideli coniuge, quæ non habet veram. Ideo autem nec iuberi, quia nec contra iussionem domini gentiles fuerunt ambo coniuncti. Licitum ergo erat per iustitiam, fidele infidelem dimittere: sed licitū non erat faciendum propter liberam beneuolentiam. Euidenter apparet & inter fideles coniugiū esse, & Apostolum de illis agere, qui in infidelitate coniuncti fuerunt, & post alter ad fidem conuersus est, cum quo etiam infidelis habitare consentit, & hunc non dimittere fidele consulit Apostolus: quia forte per fidelem saluabitur infidelis.

*De fornicatione spiritali, ob quam potest dimitti  
comunx.*

**C**

Potest tamen dici licite dimittere: quia infideli est fornicatio, si non corporis tamen mentis. *In Glos. 1. Cor. 7. Si quis:* **fam n. fornicationis Dominus exceptit. Fornicationem**



*Matth. 5. &  
19. lib. 1.  
Aug. in ser.  
Domini in  
monte.*

tionem vero generalē, & vniuersalem intelligere cogimur, non modo scilicet corporalem, sed & spiritualē, de qua Aug. ait, Idololatria & quælibet noxia superstitio fornicatio est. Dñs autem permittit & causa fornicationis vxorem dimitti, sed non iussit: & sic dedit Apostolo loco monendi, vt qui voluerit non dimittat: pōt tamen licitè dimittere. Si n. fornicatio carnis detestanda est in coniuge, quanto magis fornicatio mentis, i. infidelitas,

*Pro quibus vitis possit dimitti.*

*Ibidem. ubi  
supra, paulo  
in sermone.*

Si a. quæris, An propter aliud vitium, nisi propter infidelitatē vel idololatriam, possit dimitti? Attende quid Aug. ait. Si infidelitas fornicatio est, & idololatria infidelitas, & auaritia idololatria, non est dubitandum, & auaritiam fornicationem esse. Quis ergo quamlibet illicitam concupiscentiam potest à fornicationis genere separare, si auaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur, quod propter illicitas concupiscentias non tantum, quæ in stupris cum alienis viris vel foeminis committuntur, sed ob quaslibet, quæ animam à lege Dei aberrare faciūt & perniciosè corrumpūt, possit sine crimine & vir vxorem suam dimittere, & vxor virum. Item, Refussime dimittitur, si viro suo dicat, non ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congreges: vel nisi solita lenocinia exerceas, aut si quid aliud facinorosum vel flagitiosum à viro suo expetat. Tunc ille, si veraciter pœnitens est, habetque fidem per dilectionem operantem, membrum, quod eum scandalizat, amputabit. Ex his apparet, quod non solum infidelitas, sed etiam quælibet concupiscentia, quæ perniciosè turpiterque corrumpit, fornicatio spiritualis est: per quā vir vxorem, vel vxor virum dimittere potest. Cōsulit tamen Apostolus, ne fidelis dimittat infidelem volentem cohabitare, nec à Deo reuocare.

*Act. de fide  
& operibus  
cap. 16. 20. 4.  
Matth. ult.*

*1 Cor. 7.*

*Si fideli liceat aliam ducere infideli discedente vel dimissa. B*

H 1 4